erit. Progressio quælibet geometrica hac formula potest repræsentari ∺ aq^0, aq^1, aq^2, aq^3, aq^4, aq^5 &c. in qua a, & q, exprimunt numeros quoslibet. Quare si fiat a = 1, præcedens series abit in hanc ∺ q^0, q^1, q^2, q^3, q^4, q^5 &c. Inde autem duo colliguntur. 1 Productum ex duobus quibuscumque hujus progressionis terminis, pro exponente habet ipsorum exponentium summam. Ita productum ex $q^3 \times q^4 = q^7$. Quare si inveniendus proponatur in hac progressione terminus qui sit duorum aliorum producto æqualis, quæratur terminus cujus exponens est ipsa duorum exponentium summa .... 2 Quotus ex duobus terminis emergens, ipse est terminus cujus exponens est ipsa exponentium differentia. Ita si dividatur q^3 per q^3, quotus est q^{3-3}. Quare si inveniendus proponatur terminus duorum aliorum quoto æqualis, quæratur terminus cujus exponens æqualis est exponentium differentiæ.

Si ponatur progressionis geometricæ terminus aliquis q, atque exponens rationis sit $\frac{1}{n}$, progressio quælibet geometrica hac serie in infinitum repræsentari potest ... q^{n-5}, q^{n-4}, q^{n-3}, q^{n-2}, q^{-1}, q, qn, qn^2, qn^3, qn^4, qn^5, &c. ut patet. Si infra progressionem geometricam scribatur progressio arithmetica, ita ut singuli termini unius respondeant singulis terminis alterius, terminus quilibet progressionis arithmeticæ appellatur *logarithmus* termini respondentis in progressione geometrica. Inde autem patet mul-